


U

FM 376





THESES MEDICAE,

QUAS

PRO LICENTIATUS GRADU OBTINENDO

IN DIVI MARCI ACADEMIA,

AUSPICE DEO,

ET PRAESIDE D. D. D. JOSEPHO MARIA DAVILA,

ANATOMES EXHEDRAE MODERATORE,

ET

SCIENTIARUM MEDICARUM COLEGII RECTORE,

SUSTINEBIT

FRANCISCUS FUENTES,

IN S. CRISTOPHORI CIVITATIS DE AYACUCHO ACADEMIA

DOCTOR MEDICUS:

DIE 7 MENSIS SEPTEMBRIS A. MDCCCXXVII.



LIMAE : TIPIS LIBERTATIS APUD J. M. MASIAS.

W4

L74

1827

THESES MEDICAE
CUM
PRO LICENTIA GRADU OPTINENDO
IN DIVI MARCI ACADEMIA
AUSPICE DNO
ET PRAESIDE D. D. D. JOSEPHO MARIA DAVILLA

Necessitas medicinam invenit, experientia perfecit. Quae quidem prima aetate rudis erat, ac stupida: progressu vero temporis accedentibus in dies novis observationibus, sibi que muluo facem quasi praeferentibus, cuncta praesertim regente, ac moderante rationis lumine, liberalis facta est et erudita.
Georg. Bagliv. Prax. Medic. lib. 1. cap. 11.

ELIAN: THES LIBRARIATIS ALUD. I. M. MARCI

P E I AUG '49

OPTIMIS.

DE. REPUBLICAQUE. PERUVIANA.

BENEMERENTIBUS, VIRIS.

QUI. NON. DE. PROPRIA.

SED. DE. PUBLICA. SALUTE. SOLICITI.

EAM. A. TYRANNIDE. INCOLUMEM.

ET. SUB. LEGIBUS. LIBERIS. CONSTITUERE.

STUDUERUNT. PRO. VIRILI.

HISCE. VIRIS.

SOLERTIA. FORTITUDINE. PATIENTIA.

CLARISSIMIS.

OMNIGENAQUE. VIRTUTE. SPECTATISSIMIS.

S. P. D.

FRANCISCUS FUENTES.

Quae res procul dubio erga Peruvianam gentem plurimum facere poterant, PRAESTANTISSIMI VIRI, haec omnia vestro periculo, labore et constantia á vobis peracta, nemo nostrum est, quem fugiant, et á quo sine laude possint recordari. Cum autem tot nobis documenta supersint, quot á vobis praeclara facta sunt, ea nunc enarrare, supervacaneum : quemadmodum non dicam facultate consequi, sed etiam cogitatione amplecti, difficile, arbitror. Inter tot tantaque illud praecipue mirandum, quod vestrorum ipsorum immemores, infamiaeque communi subveniendae solummodo intenti, nec corpori, nec aeri quidquam peperceritis, ut reconciliaretis Peruviae existimationem amissam; ut nos omnes ad gentis liberae dignitatem redderemus, utque tantarum generationum, quae nos praecessere, injuriam ulcisceretur. Jam vero cum inter omnes constet, vos felicitatem, gloriamque non vobis, sed Patriae quaesivisse; jure et merito ipsius decus et ornamentum ab omnibus reputamini. Quapropter

cuique in vos intuenti crebro in mentem venit, vos non tam fructibus et gloria libertatis delectari, quam in studio et laboribus pro hac adipiscenda, provehenda, et conservanda. Nunc etiam pro obsidum defensione, quibus civium vita, salus, fortunaque munitur, strenue dimicatis. Habet jam equidem Respublica nostra libertatis honorem, quem tanto ardore petivimus; habet aequissimarum legum praesidium, quod nobis propositum habuimus: habet gentium existimationem multo sudore, periculo, constantiaque collectam: et quod maximum est, habet optima civicarum omnium virtutum exemplaria. Quae profectò talia tantaque sunt, ut nihil est, eritque unquam Peruvianis civibus magis horrendum servitute, injustitiaque detestabilius. Et quemadmodum ab illis, praesentibus vobis, certo scimus, nos nunquam deflexuros; ita etiam posteros nostros virtutes vestras imituros esse, absque ulla dubitatione praevidimus: omnium enim non aliud votum est, nisi ad libertatem, et justitiam vivere; libertatem et justitiam defendere; et pro his, si necessum est, cum dignitate mori. Vere, PATRIAE NATI, à nemine nisi à vobis nostrae Respublicae salus expetita fuit, cum audacissimi homines nos iterum dominari studuerunt: tuncque temporis istorum vos carceres et supplicia dira perpetrata tyrannide pronihilo habentes, ultores unici credidistis; pestem ab illa repulsuri; ipsamque ad securitatem et firmitatem celeriter reddituri. Quae cum ita sint; quisnam tam vecors esse potest, qui vos admiratione, flagrantique amore non prosequatur? De me autem sic existimetis vehementer exopto, nihil magis cordi habere, quam me, meaque omnia vobis consecrare; et quod pertenuè hoc meum litterarium obsequium, tanquam admirationis, maeque erga vos devotionis signum, placidi, benevolique accipiatis,

Dabam Limae in Divi Marci Universitate die
Mensis Septembris anni Domini MDCCCXXVII.

PEI AUG 149

TITULARIS MEDICA.

In asphixia, quae ex respirabilis aeris privatione venit, á venoso sanguine in arteriarum sistemate profluente immediata mortis causa rependa.

1. In illa vero ex alicuius gazis mephitici inspiratione proveniente deleteream eius portionem in pulmonibus sanguine permixtam, et universo corpore circulantem omnibus partibus praesertimque cerebro perniciem et mortem transferre verosimillimum est.

2. Tot inter medicamina, quibus asphixia strangulatione, aut summerssione effecta profligatur, stimulus galvanicus et atmosphaerici aeris in pulmones inductio primum obtinent locum.

3. Eadem inductio et vomitio potione oleosa magna excita ad asphixiae mephitismo productae curationem quam maxime conferunt.

4. In apoplexia serosa non raro sanguis mittendus.

5. Qui post apoplexiam vertiginosus fit, recidivam expectare debet.

6. Sincopé á spasmodica cordis contractione immediate originem trahit.

7. In eius paroxismis errina, alcalina, omniaque fortiora stimulantia, nisi summa cum cautione adhibeantur, pernitiosa.

8. In asphixia é pulmonibus, é cerebro in apoplexia, in sincopé á corde incipit mors.

TITULARIS PHISICA.

Ad specierum propagationem et immortalitatem viventia omnia in mundi tehatro ab natura constituta.



TITULARIS MEDICA.

In apoplexia, donec ex respirabilia sera prae-
votione ventis, a venoso sanguine in arteriarum sis-
temate proficiente immediata mortis causa repe-
tenda.

1. In illa vero ex alienis gazis morbificis
inspiracione proveniente delectatione eius portio-
nem in palmonibus sanguine permixtam, et uni-
verso corpore circumstantem omnibus partibus pre-
sentando cerebro perniciem et mortem tantis-
sere verosimilissimum est.

2. Tot inter mechanicas, quibus apoplexia
strangulatione, aut strangulatione obiecta produci-
tur, stimuli galvanici et atmospherici moris in
pulmones inducti primum coequant locum.

3. Eadem indicio et vomitu portione oleosa
moras ex illa ad apoplexiam morbosam productam
cautionem parum maxime conferunt.

4. In apoplexia serena non raro sanguis
mittendus.

5. Quae post apoplexiam vertiginosa sit
residuum expectare debet.

6. Sineops a spasmodica cordis contrac-
tione immedie originem trahit.

7. In eius paroxysmis erant, altilia,
omninoque fortiori stimulantia, nisi summa cura
cautione adhibeantur, perniciosa.

8. In apoplexia a palmonibus, a cerebro
in apoplexia, in sineops a corde incipit morus.

TITULARIS PHYSICA.

Ad specierum propagationem et iungam
talliter viventis omnia in mundi tehalis ad
natura constituta.

